ALIA EPISTOLA. D. MARTINI LUTHERI, AD D. GEORGIUM MAIOREM tum temporis REC-TOREM SCHOLAE WITTENBERGENSIS. Anno. 1.5.4.1.

Gratiam et pacem. Sic scribetis, mi Domine Rec-
tor, pastori in Valle, de fratribus Valdensibus.
Me nondum credere serio illos hoc agere, ut sub
nomine meo de Sacramento Altaris sentiant
quod corpus Christi ibi realiter non sit: & iubeatis
quaeso vel meo nomine, Ut pastor Vallensis acri-
ter cum illis expostulet, quoniam temeritate aude-
ant hoc tentare? An non meminerint, quot iam
annis cum illis egerim de Vocabulo isto, Corpus
Christi esse Sacramentaliter in pane, cum mihi
istud Sacramentaliter suspectum esset, donec ipsi

aperte